

**Dissertatio inauguralis medica de nova methodo inserendi variolas
Anglicana quam ... pro suscipienda professione medicinae extraordinaria
... submittit Carolus Philippus Diez / ... respondente Eberhardo Gmelin.**

Contributors

Diez, Karl Philipp, 1739-
Gmelin, Eberhard, 1751-1809.

Publication/Creation

Tubingae : Typis Fuesianis, [1768]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/nhx3gd9b>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA
^{DE}
 NOVA METHODO
 INSERENDI VARIOLAS
 ANGLICANA

Q V A M
 REVERENTISSIMO ATQVE POTENTISSIMO DVCE ET DOMINO,
 DOMINO
 CAROLO,
 DVCE WÜRTEMBERGIÆ AC TECCIÆ rel. rel.
 RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
 CONSENSV AMPLISSIMI SENATVS
^{ET}
 ANNVENTE GRATIOSA FACVLTATE MEDICA
 P R O
 SVSCIPIENDA PROFESSIONE MEDICINÆ
 EXTRAORDINARIA

PVBlico EXAMINI SVBMITTIT
 CAROLVS PHILIPPVS DIEZ,
 MED. DOCTOR, AVLIATER WURTEMBERGICVS,
 ALVSTR. STIP. DVCAL. ET SEMINARII BEBENHVS. MEDICVS,
 CIVIT. TVBING. EJVSDEMQUE ET BEBENHVS,
 PRÆFECTVRÆ PHYSICVS ORDINARIVS

R E S P O N D E N T E
 EBERHARDO GMELIN, Med. Cand. *Tubingensi.*

Die 24. Octobr. MDCCLXVIII.

TVBINGÆ TTPIS FVESIANIS.

DISSEMINATED IN THE AMERICAN

AND THE AMERICAN

THE AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN


AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN



PRÆFATIO.

Septem ferme abhinc annis, in Alma hac studiorum meorum matre, Carolino-Eberhardina, supremos in arte salutari honores publica eaque inaugurali Dissertatione, sub præsidio Excellentiss. & Experientissimi Dn. D. SIGWART consequutus sum. Designatus tum temporis Copiarum Circuli Suevici Medicus Castrensis, *de aëre & alimentis militum, præcipuis Hygieines militaris momentis*, disputavi, subque finem opellæ reliquarum hujus Hygieines militaris partium pertractationem, data occasione, fui pollicitus. Cum itaque nuper demum mihi, ex singulari Serenissimi & Potentissimi Würtembergiæ Ducis, Clementissimi Nutritii nostri, gratia professioni Medicinæ extraordinariæ in hac perantiqua Musarum sede admoto, subnata fuerit scribendi occasio atque necessitas; promissi mei memor, quamvis nunc de pace lætemur, & alias non adeo religiose promissa sua servare soleant scriptores, animum tamen ad alteram Hygieines militaris partem æque momentosam statim adjeci. Placuit hunc in finem illud de motu & quiete caput. Certum enim est atque exploratum, ab horum excessu, vel defectu, sicut omnium, ita præsertim militantium valetudinem, vel adversam, vel secundam, vehementer dependere. Excursiones hac occasione forte non incongruas, de Veterum Græcorum, Romanorum, Germanorum aliarumque gentium artibus Gymnasticis, quibus idoneos reddere conabantur juvenes,

ut possent duros Martis tolerare labores,
facere, & quid ex his recentioribus nostri ævi scholis militari-
bus forsitan adcommodari posset, observare mecum constitue-



ram. Sed vix manus admoveram operi, cum & materiæ ubertas, & tempus, & paginæ, huic commentationi academicæ destinatæ, tali materiæ pertractandæ vix ac ne vix quidem sufficientes, aliud inire consilium fraderent, & mihi, in aliud thema intento, vexatissimum istud & inter summos Medicos tamenixe agitaturn, de variolarum insitione argumentum sponte & vel invito sese offerret. Ex abundante vero hujus quoque materiæ penu a) suo jure selegi, caput illud non adeo tritum atque exasciatum, *novam nempe illam variolas inserendi methodum anglicanam*, quæ tantam non solum apud exteros celebritatis famam nacta est, sed & inter nos quoque haud ita pridem celebrari cœpit. In hanc itaque methodum modesta epicrissi inquirere ejusque virtutes & nævos examinare, ipsam vero epicrissin placido eruditorum examini proponere, eorumque monita atque vota desuper colligere decrevi. Supremum in cœlis Numen & his annuat ex allo!

§ I.

HISTORIA METHODI.

Inter omnes Europæ populos nullus est, qui inoculationi variolarum plus faverit, quam Angli, ita quidem, ut præter Medicos & Chirurgos etiam Philosophi & Theologi b) certatim

a) In Bibliothecam usque excrevit librorum & libellorum de insitis variolis copia. Inter octinginta septem, quæ commemorat Dr. JON. GEORG. KRÜNIZ im *Verzeichniss der vornehmsten Schriften von den Kinderpocken und deren Einpropfung* 8. Leipzig. 1768. trecenta circiter de Variolis insitis speciatim recenset scripta.

b) Eo usque processit cura Theologorum Anglorum circa hoc insitionis variolarum institutum, ut peculiare pro fausto operationis eventu preces componerent, quarum formula in Vernaculam translata legitur

tim tum ore, tum scriptis, ejus defensionem susceperint. Nusquam vero etiam quam in Anglia ipsa inoculandi methodus magis fuit perfecta, adeo, ut reliqui populi fere omnes Anglos, tanquam magistros secuti sint, ac partim Medicos Anglos ad se evocaverint, partim suos medicos in Angliam miserint, ut methodum ibi usitatam perdiscerent. Habuit etiam methodus illa successus longe felicissimos, qui tamen non obstiterunt, quo minus subinde existerent, qui de ea ulterius perficienda cogitarent. Factum hinc est, ut aliquot abhinc annis nova plane methodus increbesceret, à vetere illa multum discrepans, sed simul plurimis maximisque præ illa prærogativis instructa. Auctor *b)* illius est SVTTONVS quidam, Chirurgus, qui plurimos sibi adscivit socios, quorum nonnullos etiam in Hollandiam misit, ibi *praxin* suam aliquamdiu exercentes. Effectus, si nimirum relationibus hisce plenaria est tribuenda fides, novæ hujus *praxeos* vere prodigiosi fuerunt. Etenim ex sexaginta hominum millibus, quibus variolæ à SVTTONIANIS inoculatæ fuerunt, omnes, si octo decemve excipias, morbum feliciter exantlarunt *c)*. Magnam hanc felicitatem SVTTONIANI deberi dicunt non tam operationi ipsi & regimini, quod inoculatis præscribunt, sed remedio cuidam, quod tanquam arcanum sancte sibi servant, ita ut ne omnibus quidem sociis istud communicare soleant. Curiose in hanc methodum SVTTONIANAM inquisivit THOMAS DIMSDALE, Medi-

tur in dem neuen Bremischen Magazin zur Ausbreitung der Wissenschaft, Künste und Tugend, aus Englischen Monat-Schriften. Bremen 1768. 8vo. II. Band 2. Stück. n. 12. p. 348.

- b)* Ante SVTTONVM tamen hæc *praxis* exercita fuit in America. vid. *Lettre de Monsieur MATY à Monsieur CHAIS 8. à la Haye 1768. p. 7.*
- c)* Vid. *Lettre de Monsieur CHAIS à Monsieur SVTHERLAND, Associé de Monsieur SVTTON sur la nouvelle methode d'inoculer la petite-verole, & Reponse du Docteur SVTHERLAND 8. à la Haye 1768. p. 6. & 26.*



Medicinæ Doctor, Hertfordii in Anglia praxin medicam exercens, nunc in Russiam evocatus, ut novam hanc methodum in vastissimo illo imperio doceat. Edidit ille libellum, anglico sermone conscriptum, sub titulo: *Present Method of inoculating for the Schmall-Pox*, cujus plures jam editiones prodierunt, quemque EDVARDVS SANDIFORT, Medicus Hagien-sis, in Belgicam d) & CAROLVS FRIDERICVS TIEMANN, Artium liberalium Magister, in Vernaculam e) transtulit linguam. Ipsa operatio DIMSDALIANA eadem est quæ SVTTONIANA. Regimen quoque utrinque est idem, iidem quoque effectus medicamentorum, quæ SVTTONIANI & DIMSDALIVS præscribunt, ut dubitari nequeat, quin arcanum SVTTONI à remediis DIMSDALIANIS essentialiter non differat. Quod magis etiam confirmarunt examina chemica, cum arcano SVTTONIANO instituta, itemque peculiare & proprii quidam effectus, quos illud in nonnullorum corporibus excitavit f). Quare in ipsa Anglia brevi eo ventum est, ut arca-

- d) Sub titul. *Verhandeling over de tegenwoordige manier van Inenting der Kinder - Pokjes.*
- e) Sub tit. D. THOMAS DIMSDALES *Unterricht von der gegenwärtigen Methode, die Kinderblattern einzupfropfen.* 8. Leipzig 1768.
- f) *Onderzoek, of men zich door de SVTTONIANEN, dan volgens de manier van DIMSDALE moet laten inënten.* 8. Amsterdam, 1768. pag. II. Men kan thans met zekerheid zeggen, welke de kragtigste en voordadigste ingredienten zyn die hunne (der SVTTONIANEN) geneesmiddelen zamenstellen. D. SAVNDERS en veele andere Kundige lieden, zoo in Engeland als in Holland hebben deeze geneesmiddelen scheikundig onderzocht, en hunne præfneemingen stemmen alle daaxen overeen, dat de geneesmiddelen, door D. DIMSDALE voorgeschreven, van die der SVTTONIANEN in wezen niet verschillen. En het blykt klaar, dat zy niet misgetast hebben, zoo uit de overeenkomst hunner proeven, als uit eenigwe byzondere en Karakterizeerende uitwerkzels, welken de geneesmiddelen der SVTTONIANEN in eenige ligchaamen te weeg gebragt hebben.



arcani SVTTONIANI auctoritas vilefcere inciperet, & plerique DIMSDALIVM ejusque fequaces, qui medicamenta fua non celant, fed publice defcribunt, anteferendos cenferent g); præcipue, cum hi posteriores æque felicem & fortunatam praxin exercerent, ac priores. Hagæ Comitum, ubi SVTHERLANDVS, quidam ex SVTTONI fociiis, pluribus variolas feliciter inoculavit, eodem tempore DIMSDALIANA methodo ufus eft Cl. SCHWENCKE, Medicinæ Doctor & Botanices Profeflor, & utriusque Viri praxis pares per omnia habuit fuffeſſus b).

§ II.

POTISSIMA HVJVS METHODI MOMENTA.

Præmiſſis hiſce hiftoricis, quorum plura, quæ in promptu habemus, brevitatis ergo præterimus, ipſam nunc methodum ex libello DIMSDALIANO breviter enarrabimus. Redit illa ad tria hæc momenta:

1.) Ad

g) Loc. cit. pag. 9. *Men ſchynt ook in Engeland zelve aan dit geheim niet meer te gelooven maar in tegendeel benveert men daar, dat elk die de nieuwe manier van Inënting, door DIMSDALE en andere voorgesteld, volgt, zonder het zoogenaamde geheim van SVTTON te bezitten, echter even gelukkig ſlaagen zal. Et SANDIFORT in præfatione ad verſionem Belgicam libelli DIMSDALIANI Edit. II. 8. in Gravenhage 1768. p. 7. Dar nu in Engeland zelve de manier van Inëntinge, door deezen Schryver zoo nauwkeurig en getrouw opgegeeven, van veelen met een zeer goed gevolg verrigt, en dezelve zoo niet voor die van den Hr. SVTTON verkooren, ten minſten daar aan gelyk geſteld word, zoude het overtollig zyn, op nieuw te onderzoeken, in hoe verre deeze manieren met elkander overeenkommen welke den voorkeur verdiene, en of de SVTTONIAANEN warlyk een geheim bezitten, waar aan zelfs in Londen geen geloof geſlaagen word.*

b) Vid. Ejus *Epistola* ad SANDIFORTVM editioni ſecundæ verſionis belgicæ libelli DIMSDALIANI præmiſſa.



- 1.) Ad præparationem ante inoculationem,
- 2.) Ad ipsam inoculationis operationem &
- 3.) Ad regimen & curam illorum, quibus Variolæ jam insitæ sunt.

§ III.

DE PRÆPARATIONE.

Prima sine dubio in omni inoculatione quæstio esse debet de objecto, cui inferuntur variolæ. Sollicite & prudenter in ætatem, sexum, sanitatem, tempus quoque inoculationis, & quæ sunt reliquæ cautelæ, inquireat Medicus insitor necesse est. Præparatio generalior, quæ sanum & robustum supponit hominem, (pro varietate enim individuorum etiam præparationis quædam est varietas) in hoc consistit, ut ii, quibus variolæ inferendæ sunt, ab omni victu animali, solo lacte excepto prohibeantur, itemque à potibus fermentatis, unico cerevisiæ tenuioris usu eodemque modico ipsis relicto, sibi caveant, quæ manifestam calefaciendi potentiam habent. Vegetabilium genus omne, quo secundæ valetudinis homines frui solent, sive crudum, sive coctum sit, ipsis conceditur, ea tamen lege, ne ventriculus umquam plus justo repleant. Observatur hæc diæta per novem circiter vel decem dies ante inoculationem, & intra hoc temporis spatium, æqualibus fere intervallis, vespere cubitum ituri, tres pulveres, sive in pilulas redactos, sive cum Syrupo quodam mixtos, deglutiant; postridie vero & mane quidem dosin sufficientem salis mirabilis Glauberiani subjungunt. Singuli pulveres compositi sunt ex octo granis mercurii dulcis sexies sublimati, quem Calomelas nuncupant, ex æquali portione pulveris è chelis cancrorum compositi *a)* & ex parte grani octava Tartari emetici, cujus postre-

a) Formula hujus pulveris ex Pharmacopœa Collegii regalis Medicorum Londinensi sequens est:



mi loco fumi possunt duo grana sulphuris antimonii præcipitati *b*). Primus pulvis plerumque exhibetur sub initium præparationis; alter triduo vel quatrduo post; tertius octavo circiter die, vel nono. Me non monente clarum est, hanc dosin adulto sufficere, atque in sexu sequiori & junioribus vel senioribus pro ætatis & virium proportionem esse minuendam.

§ IV.

OPERATIONIS DESCRIPTIO.

Operatio inoculationis, quæ postridie ejus diei, quo ultimus pulvis sumtus est, instituitur, hunc fere in modum peragitur. Apex scalpelli materiæ variolosæ immittitur, ita, ut utroque latere probe humectetur. Scalpello sic humectato, incisio fit in ea parte brachii, in qua *fonticuli* vulgo excitari solent, hoc est, juxta partem musculi deltoidis infimam, sive extremam, vel etiam musculum deltoidem inter & bicipitem. Incisionis eam oportet esse profunditatem, ut per epidermidem penetrans, ipsam cutem attingat. Debet autem simul

℞ Apicam chelarum cancrorum præparatorum libram unam,
Margaritarum præparatarum, Corallii rubri præparati, singulorum uncias tres.

Misce &c.

b) Sulphur antimonii præcipitatum ex præscripto dictæ Pharmacopœe ita præparatur:

℞ Antimonii uncias sedecim,
Tartari libram unam,
Nitri libram dimidiam,

separatim in pulverem redacta, bene misceantur; sensim immittatur mixtura in crucibulum candens, & liquetur forti igne; deinde effundatur in conum fusorium, & pars metallica, antimonii regulus vulgo dicta, fundum petet, scoriis supernatantibus. Scorias in aqua solve & liquorem per chartam cola; deinde salis marini spiritum instillando sulphur præcipita, & postea à salibus aqua ablue.



simul esse quam brevissima, ad minimum octava pollicis parte non major. Vulnusculum inflictum inter digitum & pollicem inoculatoris dilatatur, locusque incisus materia variolosa bene humectatur, tangendo illum leviter scalpelli infecti latere plano. Operatio plerumque in utroque brachio instituitur, & interdum in duobus locis unius ejusdemque brachii minimo intervallo ab se invicem distantibus, ut eo minus & inoculatores & inoculati de successu inoculationis dubitare possint. Loca incisa neque emplastro neque alio deligationis adparatu continguntur. De materia variolosa quænam ad infectionem sit eligenda, non adeo sollicitè curant SVTTONIANI. Maturæ æque ac immaturæ pares tribuunt effectus. DIMSDALIVS tamen illam ex pustulis, durante febre eruptionis merito præfert; Si vero materia ex inoculatis desumenda erit, semper illam ex regione, ubi incisio ante facta fuit, eligendam esse suadet.

§ V.

DE REGIMINE EORVM, QVIBVS VARIOLÆ SVNT INSITÆ.

Altero die post factam inoculationis operationem ægro, cubitum ituro, exhibentur mercurii dulcis sexies sublimati, pulveris è chelis cancrorum compositi, utriusque tria grana cum decima parte grani unius tartari emetici. Idem pharmacum exhibetur, simulatque notæ quædam febris eruptoriæ sese manifestare incipiunt, quod interdum septimo, sed sæpius octavo die, contingit, & postridie mane subjungitur potiuncula leniter laxans ex infusionis foliorum Sennæ *a)* unciis duabus, man-

næ

a) Infusio foliorum Sennæ ex pharmacopæa Londinensi hac ratione præparatur:

℞ Foliorum Sennæ fescunciam,

CrySTALL. Tartari drachm. ~~III.~~

Seminum cardamomi minoris decorticatorum drach. II.

Aquæ



næ uncia dimidia, tincturæ jalappæ *b)* drachmis duabus conflata: hocque toties repetitur, quoties symptomata, eruptionem concomitantia, iusto solitoque graviora esse videntur, aut alvus inoculatorum sua sponte non respondet. Facta etiam jam eruptione eadem medicamenta repetitis vicibus exhibentur, Interea temporis, hoc est, sub eruptione & postillam, tantum abest, ut æger in lecto vel cubiculo teneatur, ut potius quotidie, quantumvis frigida etiam fuerit tempestas, foras prodire jubeatur, hac tamen lege, ut, quam diu in aëre libero versatur, non quietus maneat, sed corpus modice exerceat. Si tienti tum aqua frigida potui datur, non parva copia, sed tanta, quantam ipse desideraverit. De cætero diæta, in præparatione jam jam præscripta, per totum morbi decursum manet eadem, & tunc demum, quando pustulæ perfectam acquisierint maturitatem, nec ullum amplius extimescendum sit periculum, successivus carnis atque ciborum magis nutrientium usus, sed omni cautela, ægro permittitur.

§ VI.

EPICRISIS CIRCA VICTVM.

Enarratis potioribus novæ hujus praxeos momentis, sequitur, ut ad palmarium disputationis nostræ objectum nos convertamus, hoc est, ut epicrisin nostram de hac methodo feramus. Ac primum quidem, quod ad victum inoculandis præscriptum attinet, per se manifestum & evidens est, eum ita esse comparatum, ut non possit non esse summe proficiuus. Variolas quippe ex morborum inflammatoriorum & putridorum familia esse, apud omnes in confesso est. Desiderantur igitur
tum

Aquæ libram unam,

Crysallos Tartari in aqua coquendo solve: deinde aquam adhuc bullientem reliquis adfunde, & postquam refrixerit, cola.

b) ibid, p. 74.



tum in prophylaxi, tum in therapia illarum, antiphlogistica, antiseptica. Sed victus animalis tantum abest, ut inflammationi & putredini resistat, ut potius utramque foveat & adaugeat. Primum enim sanguinem densum & compactum generat, qualis ad concipiendum lentorem phlogisticum quam maxime proclivis est. Deinde quarumlibet ex animalibus desumtarum partium, si lac exceperis, mixtio ex ejusmodi principiis constat, quæ præ reliquis ad subeundam & formandam putredinem apta nata sunt. Sanissimo igitur consilio abstinencia à tali victu inoculandis præcipitur. Contraria prorsus ratio est victus vegetabilis. Hic enim maxima ex parte ad acescentiam vergit. Unde necessario sequitur, ut & lentoris phlogistici, & fermentationis putredinosæ, optimum præbeat, tam prophylacticum, quam therapeuticum. Spirituosa, aromatica, calida, summo jure in morbis acutis inflammatoriis prohiberi, hodie quidem nemo dubitat, quum & à priori constet, oleum camino sic adfundi, & experientia docuerit, iis adhibitis, febris & symptomatum omnium exacerbationem consequi, morbumque ex benigno in malignum converti.

§ VII.

MERCURIALIA NON ESSE SPECIFICA CONTRA VENENVM VARIOLOSUM, LICET QVOQUE ANTIMONIALIBVS COM-MIXTA, ASSERITVR.

Medicamentum, quod sub præparatione inoculandis exhibetur, præcipuam quandam attentionem meretur. Pro specifico antidoto, quo virus variolosum subigatur, illud non obscure venditant SVTTONIANI. Quæsierat summe reverendus CHAIS a) ex SVTTERLANDO: *Puisque la maniere usitée de traiter la petite Verole inoculée ne lui a pas paru suffisante,*

a) Lettre de Monsieur CHAIS pag. 8.

& qu'il pretend y avoir supplée par une remède, dont il se reserve le secret, peut-il dire, que ce remède soit spécifique? Respondet SVTHERLANDVS b) hunc in modum: Des Medicamens spécifiques sont ceux, dont une longue experience a fait connoître la vertu, qu'ils ont, de produire des effets favorables dans certaines maladies. C'est dans ce sens, que le Quinquina est un spécifique pour arrêter les accès des fièvres intermittentes. Les Mercure pour guérir les maladies vénériennes. Cependant les vertus de tous ces médicaments, même de plus vantés, ne sont jamais que relatives, bornées à certaines dispositions & circonstances; ils demandent tous d'être reglés par une methode convenable, & par les lumieres d'un sage praticien, qui connoisse les causes de la maladie, le regime, la maniere de les combiner, & combien de tems il faut les continuer. Entre les mains de SVTTON & de ses eleves, ces remèdes sont spécifiques, & s'il est permis de juger par le succès, les plus grandes spécifiques, que le monde ait peut-être jamais eû. Tous les jours nous pratiquons, ce que le savant Celsus a recommandé pour la perfection de son Art. Cito, tute & jucunde. Summum BOERHAVIUM jam in iisdem medicamentis quæsi visse, & invenisse sibi visum esse verum veneni variolosi antidotum nemo ignorat, qui scripta ejus perlegit: Correctio, inquit, c) specifica niti debet invento remedio, opposito illi veneno contagioso, quod tam parva mole susceptum reliqua parit, ut effecta. Quale inveniri posse, comparatio historice antidotorum, & indoles hujus mali, faciunt sperare, & ad indagandum impellit summa hinc futura humano generi utilitas. In stibio & mercurio, ad magnam penetrabilitatem deductis, nec tamen salina acrimonia nimium corrosivis, sed bene unitis, ut quæramus, incitat aliquis horum aliquando successus. Et in libello de materia medica d) pulveres commendat mercuriales & antimonialia-

b) Reponse de Monsieur SVTHERLAND pag. m. 21.

c) Aphorism. de cognoscend. & curand. morb. 8. Norimb. 1755. pag. 349. §§. 1390. 1391. 1392.

d) pag. m. 356.



moniales, tanquam forti veneno varioloso antidoto. Notum porro est, pharmaca ex mercurio præparata hoc nomine a multis, quorum nonnullos Ill. TRALLESIVS e) & Cel. MEDICVS f) enumerant, fuisse apprime commendata. Sed experientia docuit, illa spem de se conceptam sæpius vehementer fefellisse g). Ipsum quoque mercurialium & antimonialium connubium in hoc negotio irritum fuisse, testatur Vir nobis amicissimus & commilito quondam noster D. D. JOH. FRIDERICVS CLOSSIVS, in *carmine de cortice peruviano, remedio variolarum prophylactico valde limitando* h) ita canens:

*Infanti, tumuit cui colli glandula, sulfur
Auratum stibii mercuriumque dedi.
Hebdomas hunc penitus sanatum tertia, summo
Morbi infestatum quinta furore videt.
Continuo sævas studeo compescere flammæ,
Ac vires tanti debilitare mali.
Bis venam tundi jubeo, laticesque nitratos
Decoctum citri nocte dieque bibi.
Sed nil proficio. Crescit violentia febris.
Jam conclamatum depositumque gemunt.
Vix tandem exstinxit chalcantibi spiritus æstus,
Quem mixtum pluvia largius hausit aqua.
Et tunc ille quidem fauces effugit Averni,
Sed nunc tabe putri languida membra trahit.*

Igitur hinc sine temeritate concludere posse mihi videor, medicamentum istud pro specifico veneni variolosi antidoto non esse habendum.

§ VIII.

e) *Dissert. epistol. de methodo medendi variolis hæcenus cognita, sæpe insufficiente, magno pro inoculatione argumento* 8. Uratisl. 1761. §. 13. pag. m. 78. sq.

f) *Sendschreiben von der Ausrottung der Kinderblattern*, 8. Francf. u. Leipz. 1762. pag. 89. seq.

g) vid. TRALLESIVS & MEDICVS. II. cc.

h) in 4to Lugd. Batav. 1765. pag. 8. seq.

MAGNAM TAMEN UTILITATEM IN HOC
MORBO PRÆSTANT OB VIRTUTES
EVACVANTES ET ANTHELMINITICAS.

Quamvis vero mercurius & antimonium non sint specifica, dubitari tamen non posse existimo, quin in plerisque subiectis valde magnam utilitatem præstent *a*). Universaliora certe & efficaciora remedia evacuantiæ vix inveneris, quæque omnes secretiones & excretiones melius promoveant. Emetum & cathartum excitando, ventriculum & tubum intestinale repurgant a saburra putrida, ibi accumulata, quæ facile varias mali moris prognerare posset vel alios morbos difficiles arcessere, quorum cum variolis complicatio has admodum periculosas reddit. Mercurialia speciatim ob hanc quoque rationem conducunt, quod vermibus sunt adversa, quorum præsentia in variolis merito omnino est suspecta, utpote plerumque anomala, sæpe tristia, interdum plane mortifera, concitans symptomata.

§. IX.

a) Conf. GEORGE BACKERS Untersuchung, was von der jetzt in verschiedenen Provinzen von England üblichen Methode die Kinderblattern einzupropfen zu halten sey? Aus dem Englischen übersetzt von C. F. TIEMANN A. M. 8. Leipzig 1767. ubi pag. 17. seq. referuntur: Aus der Nachricht des D. HUXHAMS kan man sehen dass D. BENJAMIN GALE von Conecticut, in Neu-England nur einen Patienten von 800, die er inoculirt hat, verlohren, seit dem er in der Vorbereitung Mercurius und Antimonium gegeben, da er vorher, ehe er diese Medicin gab, gemeiniglich von 100. Personen eine einbüßte. Ibidem etiam de Ill. Equitis ROSEN A ROSENSTEIN pilulis præservantibus in Act. Acad. Scient. Suecic. anni 1751. laudatis mentio fit, quibus præcipue etiam Calomel ingreditur.



ANTISEPTICA QVOQUE ESSE REMEDIA ET NON
CONTEMNENDÆ IN MORBIS PUTRIDIS UTILI-
TATIS CONTENDITVR.

At, nonne mercurius in variolis, quas morbis putridis supra adnumeravimus, necessario nocivus sit, jure meritoque quæritur, utpote vi putrefactiva præditus? Haud ignoro, complures in hac versari opinione, ut a medicamentis mercurialibus crasin humorum destrui, adeoque veri nominis putrefactionem progenerari existiment *a*). Sed, si fundamentum spectes, quo hæc illorum opinio innititur, vehementer est infirmum. Palmarium, si non unicum, ad stabiliendam hanc sententiam argumentum in salivæ fluxu ponunt, quem excitare solet mercurius, magno cum fœtore conjuncto. Mihi vero, ut verum fatear, hoc argumentum à fœtore ductum, nimium, & per consequentiam nihil, probare videtur. Omnes prope modum evacuationes criticæ sunt fœtidæ. Quis vero dixerit, medicamenta promovendis illis inservientia esse putrefactiva? Aceti in morbis acutis potus copiosos sudores fœtidos movet. Ergo putredinem creat. Tamarindi, Cremor tartari, serum lactis, diarrhœam fœtentem excitant. Ergo sunt septica. Quæ, qualis, quanta consequentia! Remedia mercurialia, licet copiose, licet diu usurpata, maculas lividas, mictum cru-

a) Huic opinioni quoque assentiri videtur celeberr. JOH. PRINGLE vid. *Ejus Beobachtungen über die Krankheiten einer Armee &c.* 8. Altenburg. 1754. Et quidem in *Anhang von einigen Versuchen und Beobachtungen über septische und antiseptische Substanzen*, ubi in nota (a) des XXVII. Versuchs p. m. 388. ita scribit: Die vornehmste Effekte der mercurialischen Arzneien bestehen in einer septischen Resolution, sowol der Fasern, als Säfte. Et pergit pag. seq. Was den Mercurium anbelangt, der in den Magen genommen, oder durch die Blutadern absorbirt, die Effekte von Septicis hat, so übergieng ich ihn mit Fleiß, da ich nicht im Stand war, mich in ein so weites Feld einzulassen,

entum, aliave destructæ humorum craseos confectaria effecisse, numquam observata sunt. Necessarium igitur est, ut immerito pro putrefacientibus habeantur. Resolvunt illa quidem sanguinem; sed ista resolutio à putrefactione mirum quantum discrepat. Putrefactio cohæsiōnem partium constitutarum penitus destruit; resolutio autem illa nonnisi proportionem feri ad cruorem auget. Sic Nitrosa etiam resolvunt sanguinem, & tantum tamen abest, ut sint putrefacientia, quin potius optimis & præstantissimis remediis antisepticis jure meritoque adnumerentur. Eo ipso autem, quod remedia mercurialia proportionem feri ad cruorem augment, & insuper feri & lymphæ vitia insigniter corrigunt; in variolis, ut morbo inflammatorio, non modo non nocent, sed etiam plurimum prosunt. Quo minor enim feri proportio est ad cruorem, eo gravior est morbus inflammatorius, & quo major illa, eo hic levior. Mercurialia itaque vi sua resolvente putredinem præcavere ex dictis patet: sed & propter acidum ipsis adhærens revera virtutem antisepticam præstare, humoresque putridos corrigere, facile comprehendere potest, si quidem Magno BOERHAAVIO fidem attribuere volumus. *Metalla sola, inquit, parum in nos agunt, nisi mole, figura, pondere. Adjunctu salium maxime acidorum acquirunt potestates novas, sæpe mirificas b). Quomodo- cunque enim agant cum argento vivo tandem vis ejus medicata pendet imprimis a certa copia acidi, quæ metallicæ adhæret parti c). Hoc acidum vero, ut omnia acida fossilia, licet venena fere sint animalibus, tamen in casibus, ubi putredo & alcaliscentia nimis increvant, ut in alcalicis venenis aut septica prorsus conditione humorum, ubi pestilentielle virus vel variolarum præceps corruptio infestent, plurimum conducere* Laudatus Vir annuit d) & com-

b) Vid. HERM. BOERHAAVE *Elementa Chemicæ Lugd. Bat.* 1732. 4t. Tom. II. P. III. p. 491.

c) *Ibid.* pag. 483.

d) *Ibid.* T. I. P. II. p. 810.



comprobatur quoque hæc acidorum fossilium theoria ratione
acidi vitrioli insigni Ill. TRALESII. e) experientia.

§ X.

OPERATIONIS CIRCUMSTANTIÆ, COMMO-
DA, PHÆNOMENA, ET NÆVI EXPEN-
DVNTVR.

Operationum, in insitione variolarum hucusque usitata-
rum, recensionem, lubens & cum in vulgus notæ sint, præ-
tereo. Præsens vero, quam supra (§. IV.) succincte & secun-
dum essentialia saltim descripsimus, Inoculationis operatio sta-
tim propter simplicitatem suam non omnibus solum debet ve-
hementer adridere, sed magis etiam ideo sese commendat, quod
incommoda veterem methodum per filamenta a) prementia
per illam maxima ex parte evitantur. Audiamus hac de re
SVTHERLANDVM b). *Les anciens inoculateurs, inquit, cherchent
a procurer un ecoulement a l'humeur variolique par les playes, qui
se forment a l'endroit de l'insertion. On fait plusieurs incisions,
on y applique un fil imbreigné de pus variolique. Les incisions sont
accompagnées d'un appareil, & ont un air d'importance, qui ne
manque pas d'exciter les larmes dans les enfans, & une frayeur
aux meres, qui peut avoir des suites funestes. Le fil imbibé de pus
contient un quantité de ces atomes, dont un seul suffit, pour donner
la petite Verole. Au lieu d'amener de simples boutons, l'incision
forme ordinairement un ulcere profond, souvent accompagné de ca-
ries millefois plus incommodes, que la petite verole meime. Un au-
tre*

a) BALTH. LUDW. TRALLER *Epistol. apolog. de method. med. SY-
DENHAMI TISTOTI aliorumque illustr. Virorum in curatione Va-
riol. Uratisl. 1764. 8o. p. 22.*


a) Quam TISSOT prolixius in *Vermehrungen, Zusæzen und Ver-
besserungen zu seiner Anleitung für das Landvolck in Absicht auf
seine Gesundheit Augsb. 1768. 8o. p. 59. seq. descripsit.*

b) *Reponse a Mons. Chais pag. 20.*

tre inconvenient, pas moins considerable, est l'impossibilite de juger par inspection, si la maladie a pris, ou si elle doit être d'une bonne ou d'une mauvaise qualité. Magnum in hac inspectione momentum esse positum, DIMSDALIVS *c)* etiam testatur ideo, quoniam phænomena in locis incisis obvia, inoculatoribus opportunitatem præbeant, solidam de morbi decursu prognosin formandi, & sinistra symptomata avercuncandi, quum è contrario in vetere methodo emplastra aliive deligationis adparatus tactus oculorumque judicium impediunt, & æquivocum reddant. Sed juvat ista phænomena breviter recensere *d)*. Postridie ejus diei, quo inoculationis operatio instituta fuit, parum mutationis in locis incisis observatur: Die autem secundo, *plaga* per microscopium considerata, macula quædam coloris aurantii in peripheria illius cernitur, & cutis circumcirca contrahi videtur quartum inter & quintum diem, digito locis incisis imposito durities quædam sentitur, partes, in quibus levioris cujusdam inflammationis vestigia adparent, pruriunt, & sub quadam vesiculæ specie paullulum humoris limpidi animadvertitur, quasi loca superficialiter fuissent combusta. Sextus dies plerumque dolorem torporemque quendam in axillis parit, qui proximam eruptionem atque morbi felicem successum promittunt. Septimo interdum, sed sæpius octavo die, quo signa quædam febris eruptoriæ sese manifestant, inflammatio in brachiis magna cum celeritate ulterius serpit, & si loca incisa per microscopium contempleris, maximam ex parte innumerabilibus pustulis minutis, confluentibus, sunt circumdata, quarum magnitudo & ambitus una cum morbo crescunt. Decimo vel undecimo die plerumque observatur eruptio quædam figuræ ovatæ, loca incisa cingens, & per dimidiam fere brachiorum partem sese expandens. Atque hujus phænomeni comes indivulsus est ipsa variolarum eruptio. Quo

c) Loc. cit. Versf. Germ. p. m. 22. & 24.

d) Ibid. & seqq.



Quo maturius jam dicta phænomena observantur, eo benigniorem morbum sperare licet; quo serius, eo graviolem. Accidit quoque interdum, ut ea vix ac ne vix quidem observari possint, colore circa plagas pallido manente, angulisque earum sese non expandentibus aut intumescantibus, ita, ut quinto, immo sexto adeo die, adhuc dubitetur, an infectio bene successerit, nec ne? Hoc in casu peioris notæ morbus extimefcendus est, qui vero facile præcavetur, si æger singulis vespers pulverem mercurialem laudatum *e)* sumit, & si alvus inde non solvatur, postero die mane congruam dosin salis mirabilis Glauberiani, vel memoratam potiunculam leniter laxantem *f)* subjungit. Ita enim inflammationem in brachiis promoveri, & per ejus præsentiam omnem symptomatum sinistrorum metum evanescere observarunt, solertissimi harum rerum scrutatores. Sed quid tum? si adhibita omni cura, plane nulla variolarum signa adpareant? An repetenda sit infectio, an penitus omittenda, certant Medici, & adhuc sub iudice lis est. Nescio equidem, quale ex repetita infectione metuendum sit damnum; quamvis & idem facile largiar, quod ex secunda infectione, prima cum omni solerti diligentia instituta, quam sæpissime nulli sperandi sint successus. Quis enim nescit constantem esse inoculationis legem, si perpauca, quæ hætenus innotuerunt, exempla exceperis, (quæ tamen contra generalem inoculationis usum nil probare mihi videntur,) quod & felici successu & frustra inoculati pariter ab utraque variolarum specie, ab artificialibus & à naturalibus, imposterum sint immunes. Ne vero quid dissimulem, epicrisin enim, non panegyricum hujus methodi dare constitui, grave, quod hanc methodum adhucdum premere videtur, incommodum, hoc est, quod nova hæc methodus variolarum vel naturalium vel artificia-

e) Vid. supra §. V.

f) Ibid.

ficialium existentiam supponet. Exigunt nempe insuper SYRTONIANI & DIMSDALIANI, ut operatio in eodem, ubi jam variolosus degit, loco peragatur, in eundem sine dubio finem, ut materia variolosa quam recentissima desumi possit. Et hoc vero cum ipso varioloso congressu id nascitur incommodum, quod Medicus nunquam securus esse possit, an subsequentes variolæ ex contagio, an ex insitione sint profectæ. Sed nescio, annon forte hæc cautela plane sit supervacanea, cum experientia jam dudum comprobaverit, ex siccatam quoque penitus materiam variolosam atque vetustam, ad pares cum recenti producendos effectus aptam esse. Sufficit ergo, ut opinior, dummodo materia, quoad ejus fieri potest, recens ex vicinia deprompta inferatur, & ita congressus cum varioloso evitetur. Id vero asseverare non audeo, quod insitio tempore contagionis celebrata, miasma naturale variolarum mitiget. Ingenue enim fateor, nos circa hanc quæstionem idoneis observationibus esse destitutos g).

§ XI.

DE VSV MEDICAMENTORVM LENITER LAXANTIVM.

Repetitus leniter laxantium remediorum usus per universum morbi decursum non potest, quin valde insignem materiæ variolosæ quantitatem ex inoculatorum corporibus expellat: unde necessario consequitur, ut pauciora proveniant exanthemata. Quem effectum magni momenti esse, quis est, qui non agnoscat? Certissimum enim est, & constanti experientia exploratum, eos, qui variolis corripuntur, pro exanthematum multitudine vel paucitate, gravius vel levius ægrotare. Præter hoc remedia leniter laxantia non mediocri virtute revulsoria

g) Vid. tamen, quæ observavit ANDR. MURRAY in *histor. insitionis variolarum in Suecia ad noviss. tempus protracta*, Goett. 1766. 8o.



ria gaudent, per quam variolas à capite & facie arcent, hacque ratione Venustatem illibatam conservant. Quibus accedit, quod materiam exanthematicam continue eliminando & revellendo impediunt, quo minus alicubi altius inniduletur, graves noxas serius ocyus paritura. Usus remedium laxantium in variolis naturalibus præstantissimis observationibus corroboravit Celeb. D.D. THOMAS SIMSON *a*). Et certe tutiorem in variolis insitis analogiam non invenies, quam eam, quæ de naturalibus desumi solet. Facere igitur non possumus, quin hoc etiam nomine novam illam praxin de meliore nota commendemus. De variis, quibus præter jam memorata hanc methodum ditarunt additionibus recentiores præsertim in Germania Medici, praxin inoculationis exercentes, unicum huc adducere liceat exemplum. Sic Celeberr. Dn. D. MATINI, Medicus Brunsvicensis clysteriorum usum per totum morbi decursum, exoptato cum successu adhibuit *b*).

§ XII.

DE USU AERIS FRIGIDI LIBERO.

Progredimur ad usum liberum aëris frigidi, cui inoculati exponuntur. Si quid in nova hac praxi inoculatoria mirum multis videri debet, hoc sane est. Lippis & tonsoribus notum est, per integra sæcula in omnibus morbis acutis exanthematicis, & nominatim in variolis, familiare summaque cum cura injunctum & observatum fuisse regimen valde calidum, quo virus à corde per emunctoria cutis quam citissime expelleretur, & , quum primum febris & symptomata ingravescerent, plurimis contegebantur stragulis, ut sudores copiosi moverentur, cavendo anxie per totum morbi decursum, ne quid aëris recentioris, multo minus frigidi in cubiculum sese insinuaret.

Pri-

a) Vide *Edinburg. Versuche Vten Bandes IIter Theil.*

b) *Conf. Gazette salutaire. Anne 1768.*

Primus, vel ex primis certe, SYDENHAMVS, alter Anglorum Hippocrates, perniciosæ huic praxi, quæ tot hominum millia singulis annis miserrime contrucidarat, sese opposuit, noxasque à regimine illo calido oriundas, graphice passim depinxit. Secuti sunt hunc ducem sensim plerique omnes docti ac sapientes Medici, ægrotosque suos frigidiori potius, quam calidiori regimine uti iusserunt. Sed quamvis lecti usum dis-fuaserint, & aëris mutationem refrigerationemque serio præceperint: ægros tamen semper cubiculi ambitu continuerunt, neque ut domo egrederentur, aërique frigido sese exponerent, his umquam permiserunt, varia symptomata fontica exinde præmetuentes. Vanum autem hunc metum esse, felices illi successus, quos nova hæc Praxis habuit, ad oculum, quod ajunt, demonstrarunt. *Vous avez vu, scribit SVTHERLANDVS a) que nos malades des âges les plus tendres ont sorti tous les jours, pendant une gelée des plus fortes & un hyver des plus rudes, & sont tous guéris. Et paucis interjectis: Les rües, les spectacles, les jardins publics sont remplis des nos malades; les gens comme il faut se promènent dans leurs carosses, les cochers inoculés les mènent, & leurs domestiques dans le même état les accompagnent, & leur ouvrent la portière. L'artisan vaque à sa profession; Le Laboureur suit sa charrue, & le bâtelier n'abandonne point sa rame ou son gouvernail. Idem testatur DIMSDALE b),* provocans ad mille quingentos homines, à semetipso inoculatos, è quibus ne unus quidem pravum aliquod symptoma inde sit expertus.

Nulla re magis promoveri immodicam materiæ variolosæ assimilationem, quam calore nihilque putrefactioni humorum animalium magis favere, quam eundem nemo, opinor, inficias ibit. Jam vero caloris oppositum est frigus. Dubitari igitur non potest, quin aër & potus frigidus plane contrarios edant

a) *Reponse a Mons. Chais pag. 24.*

b) *Loc. cit. Verf. Germ. pag. m. 50. Conf. de his BACKER loc. c. p. 36. 40.*



edant effectus, hoc est, nimiam materiæ variolosæ assimulationem præpediant, & putredinosæ humorum resolutioni resistent, hocque pacto ægrotos in tuto collocent. Quod perpulchre confirmatur exemplis variolosorum, qui pro depositis & conclamatis jam habiti, partim aëris, partim potus frigidi beneficio, quasi orci faucibus erepti sunt c). *Nonnulli, ait SYDENHAMVS d) nutricum curam fallentes atque è lecto delapsi, aëris frigori semet ipsos etiam noctu exposuerunt: alii frigidam vel furtim, vel raptim nacti, vel etiam precibus à nutrice emendicatam hauserunt, adeoque felici errore salutem jam plane desperatam consequuti sunt.*

Supereſt alia adhuc ratio, qua liber aëris usus inoculatis prodeſſe cenſendus, nonniſi ab eo contemnenda, qui Psycho- logiæ cum Medicina nexum & deplorabiles tristi- tiæ in corpus humanum effectus, omnem sæpius medicinæ artem frustrantes, ignorat. Dum nempe conversatione cum amicis utuntur vix ægrotantes, dum omnibus licitis vitæ oblectamentis fruuntur, dum munerum suorum officiis funguntur; fieri non potest, quin, anxietate & cura nimia remota, quædam incuria in animis ipsorum suboriat, omnisque tristitia & metus longe exſulet, sic- que

c) Stupenda de his, sed lectu dignissima nobis proponit Georg BACKER l. c. p. 37. seqq. quorum non possumus non unicum, a D. KIRCKPATRICK relatum addere: *Herr Benjamin Marych hatte die natürlichen zusammenfließenden Blattern sehr heftig, seine Leute hielten ihn vor tod. Man machte sogleich die Fenster auf; die frische Luft, die hiedurch herein drang, verursachte eine frische Respiration und Bewegung bey der Person, die man vor tod hielt. So bald man dieses bemerkte, wollte man die Fenster wieder zumachen. Der Patient welcher dieses sahe, war zwar sprachlos, empfand aber die Veränderung, die in ihm vorgieng, und die Erquickung und winckte mit der Hand, um es zu verhindern, nach und nach ward er völlig wieder gesund.*

d) THOM. SYDENHAMI opusc. omn. 12. Amstelod. 1683. pag. 133. seq. ibid. etiam narrat historiam illi, cujus superiori nota mentionem fecimus haud absimilem.

que plures noxæ gravissimæ, quæ ex hoc pathematum pari, totam corporis œconomiam pervertente & syntaxin nervosam debilitante, emergere possent, efficaciter præcaveantur.

In hoc autem libero aëris frigidi usu prima hujus methodi virtus & palmarium præsidium (quoad regimen scilicet), ut verum fatear, quærendum esse autumo.

§ XIII.

DE ADPLICATIONE HVJVS METHODI AD VARIOLAS NATVRALES.

Sed nonne nova hæc inoculationis praxis occasionem subministrare posset methodum variolis naturalibus medendi hactenus cognitam, de cujus insufficientia Cel. TRALLESIUS peculiarem libellum *a)* conscripsit, ad majorem perfectionis gradum evehendi. Nonne ei summo cum artis Medicæ honore, parique ægrotantium emolumento, adjici possent leniter laxantia, sub febre eruptoria, pro re nata, iterata & repetita, potus frigidus, &, in qua præcipuum rei momentum situm esse jure existimamus, libera aëris admissio? Saluberrimi, quos in artificialibus variolis hæ res præstant, effectus dubitare nos quidem non sinunt, quin etiam in naturalibus variolis summe proficuae sint futuræ. Sed quid opus est verbis, ubi experientiae & rerum testimonia adsunt? DIMSDALIVS, quum libellum suum scriberet, quadraginta homines, variolis naturali via correptos, hac methodo tractarat, & nullum ex iis amiserat *b)*. Alii quoque hunc ducem secuti eadem felicitate sunt usi. Quid igitur obstat, quo minus & nos data occasione hanc praxin, à ratione & experientia stabilitam, provide in usum vocemus.

Certe

a) vid. §. VII. not. (e)

b) vid. l. c. pag. 55. sqq.



Certe variolarum symptomata, ptyalifinus ille in adultioribus, cum salivatione in morbis venereis adeo analogus, & diarrhœa in infantibus conspicua, nunquam prorsus sistenda, sed potius promovenda *c)* mihi cum hac variolarum therapia optime conspirare videntur.

§ XIV.

CONCLUSIO.


Hæc sunt, quæ de potissimis hujus methodi momentis hoc loco proponere volui. Æquiores rerum medicarum judices enixe rogans, ut suis monitis ac observationibus hæc qualiacunque vel corrigere vel corroborare non dedignentur. Coronidis loco quædam de fati insitionis variolarum præsertim nos inter subnectere non alienum esse existimo. Salubre hoc iustitutum (sc. insitionis), quod Angli primum ab Oriente arcefferunt, miros nostro ævo fecit progressus: Altas radices non solum in Gallia, ubi nunc ulteriorem suam sortem à Parlamenti judiciali decisione expectat *a)*, & potissimum in Suecia *b)* egit; sed & in Americanas usque pervasit terras; Serius tamen in Germania fuisse adoptatum, lentioresque propter summorum Medicorum dissensum fecisse progressus inter omnes constat. Dum vero hæc paginæ sub prælo jam sudabant, relationes publicæ Viennenses certiores nos fecerunt, **TRIA AVGVSTISSIMÆ FAMILIÆ PIGNORA**, cui à sæculis inde tam funestæ fuerunt naturales variolæ, insitas & quidem benignissimas sub moderamine Ill. **INGENHOVSZ**, qui è **DIMSDALII** sequacibus *c)* nunc erit fortunatissimus, felicissime superasse. Quan-

c) SYDENHAMVS *l. c.* pag. m. 129-133,

a) conf. RVD. AVG. VOGELS *neue medicinische Bibliothec VI. Band* p. m. 186,

b) conf. ANDR. MURREAY §. X. *cit.*


c) vid. *Lettre de Mons. MATY à Mons. CHAIS* 8. *à la Haye* 1768. pag. 4. & 5.



Quantam inde hæc methodus Anglicana gloriam famamque, quantum inoculatio ipsa exinde in posterum per Germaniam adeptura sit præsidium, nemo non videt.

Quod ad patriam attinet, jam undecim abhinc annis hoc insitionis negotium ad justæ regulas revocavit, juriq; naturæ consentaneum esse pronuntiavit Vir summe Reverendus atque Excellentissimus Dn. D. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHOTT *d*) Fautor atque Patronus noster colendissimus. Perpaucæ tamen, uti equidem novi, interea temporis tentatæ fuerunt à Medicis Würtembergicis insitiones, quorum dexterritas & consilia parentum atque amicorum metus superare atque profligare neutiquam potuerunt. Nec ea, quæ Excellentiss. atque Exper. D. D. BREYER, nunc Serenissimi Principis & Marchionis Onoldini Archiater meritissimus, Ludovicopoli, & Experientissimus Dn. D. ANDRÆ, Stuttgartiæ Practicus, Fautores atque Amici longe conjunctissimi, instituerunt tentamina, quotquot eorum mihi innotuerunt, unquam felici eventu fuerunt destituta. Lætiora vero nunc initia annum abhinc, & quod excurrit, consecuta est variolarum insitio, cum Illustris atque Experientissimus D. D. HOPFENGÆRTNER, Serenissimæ Domus Würtembergiæ Archiater, quem jam inter primos laudare debuissim, Stuttgartiæ non solum per plures, quas inter primi ordinis personas, sed & è vicinia nonnullas quoque felicissimo cum successu inoculaverit, methodo semper Suttoniana usus. A nostris itaque diebus prima insitionis variolarum in Würtembergia Epocha erit statuenda, & sperare insimul licebit fore, ut indies magis magisque universalior reddatur, ut majora indies capiat incrementa, utque in posterum collatis mortuorum indicibus cum superiorum annorum catalogis evidentissimo argumento dubia adhuc inoculationis inter nos fides penitus tandem è medio tollatur.

d) In dissert. pererudita *Juris naturalis de eo, quod licitum est, circa insitionem variolarum, Tubing. 1757.*



Quantum inde hac methodus Anglicana gloriam famamque
quantum inoculatio ipsa exinde in posterum per Germaniam
adepta sit praesidium, nemo non videt.
Quod ad patriam attinet, iam undecim abhinc annis hoc
infectionis negotium ad iusti regulas revocavit, iustis nam
re consentaneum esse pronuntiavit Vir summe Reverendus
atque Excellentissimus Dn. D. CHRISTOPH. FRIEDERICVS
SCHNORTZ a) Pastor atque Patrons noster celeberrimus.
Perparum tandem, ut eundem novi, inter temporis lentas
tueretur a Medicis Württembergis infectiones, quorum dexte-
ritas & cogitis parentum atque amicorum meus sperare ac-
que proficere non dubium poterunt. Nec ea, quae Excellentis-
sime atque Exper. D. D. BRAXER, nunc Serenissimi Principis
& Marchionis Ordinarii Atcharmer medicissimus, Ludovico-polis
Experientissimus Dn. D. A. N. D. R. E. K. Stutgardiae Praefectus, Han-
toris atque Amici longe coniunctissimi, instituerunt tentamina,
quod quod eorum mihi innotuerunt, undam felici eventu fue-
runt descripta. Lamentis vero nunc annis annis abhinc, &
quod excurrit, consecuta est variolarum infectio, cum illis
atque Experientissimus D. D. H. O. R. A. N. G. E. R. T. N. E. R., Serenissi-
mus Dominus Württembergiae Archiater, quem iam inter primos
laudate debuissim, Stutgardiae non solum per plures, quatinus
ter primi ordinis personae, sed & a vicinis nonnullas quoque se-
licissimo cum successu inoculaverunt, methodo semper Stutonia-
na usus. A nostris itaque diebus prima infectionis variola-
rum in Württembergia Epochae erit statenda, & sperare insti-
tuit hicbie fore, ut indies magis magisque universalior redda-
tur, ut maiora indies capiat incrementa, atque in posterum
collata mortuorum indicia cum superiorem annorum casibus
logis evidentissimo argumento dubia adhuc inoculationis
inter nos hinc penitus tandem & medio

collatur.
a) In hunc perterritum virus variolae de eo, quod hinc est, quod
infectionem variolam, Theophrastus 1775.

PRO - RECTOR UNIVERSITATIS TVBINGENSIS

L. S.

Inter omnia morborum genera, quibus vitæ humanæ salus vel affligitur vel interimitur, vix ullum est, aut aspectu fœdus, aut contagii pestifera vi nocentius, magisque atrox & exitiosum, quam variolarum morbus, vetustioribus seculis incognitus, morbosque nonnullos, quibus illa dive-xabantur, successu temporis extinctos, flebili prorsus benefi-cio compensans. Quanto graviora autem damna funestissimæ huius sævitia humano generi creantur, quæ quippe tan-ta sæpenumero cum vehementia grassari solet, ut intra exi-guum temporis spatium luctuosissimam multorum millium stra-gem edat: tanto etiam magis omnium interest, ut adversus tam exitiabile malum salutis præsidia comparentur, vitam homi-num magis tutam, & à tantis discriminibus immunem præsti-tura, Eorum autem omnium, quæ hoc consilio ab humano ingenio excogitata sunt, nullum est, quod majorem omnibus admirationem movere debeat, quam quod ab insitione repe-titum fuit remedium, cum animo concipi pene haud possit,

) (

qui



qui factum fit, ut quisquam hostem maxime capitalem ultro etiam accersere & provocare, eumque hoc ipso multo felicius propulsatum iri, sperare auderet. Et dubitari vix potest, hanc ipsam instituti hujus paradoxam speciem plurimum contulisse, ut, quantacunque etiam successum prosperrimorum laude se commendaret, nihilominus tamen longe plurimi alieniores ipsi se præberent, & ab ejus usu abhorrerent. Neque vero in hoc substiterunt nonnulli, ut remedium hoc refugiendum putarent, sed eo etiam acerbitatis progressi sunt, ut omne genus probrorum & conviciorum in illud spargere haud dubitarent, quo nomine memoratu haud indignum videtur, quod in *defensione insitionis variolarum* adversus *Comitem RONCALLI* scripta, & *Commentariis Regiæ scientiarum & elegantiorum literarum Academiæ Berolinensis ad A. 1758. editis* inserta, narrat *Comes HEDERN*, in illo ipso templo, in quo haud ita pridem insitionis causam solidissime & eloquentissime tuus esset *Episcopus Worcestriensis*, triginta ante annis Antecessorem ipsius ex eodem suggestu severissime in hoc institutum fuisse inventum, ipsumque Diabolum insitionis variolarum inventorem auctoremque perhibuisse, qua quippe in cruciando Hiobo usus sit. Quamvis autem nostra jam ætate rigidioribus ejusmodi censuris haud amplius locus sit, & vel infensissimi insitionis adversarii, tot experimentis huic instituto faventissimis edocti, paulo mitius de eo statuere cogantur: etiam nunc tamen haud pauci sunt, qui, ut calculum suum eidem adjiciant, illudque promovendum judicent, persuaderi sibi nequaquam patiuntur. Notum est, quantis animorum dissensionibus & motibus hæc res nuper admodum agitata sit in Gallia, & adhuc agitetur, scissis & in æquales fere partes abeuntibus Medicorum suffragiis & studiis, ita ut à salutaris Artis tribunali litis hujus diremtio ad fori auctoritatem devolvenda videatur. Cæterum quam accurate in omnia causæ hujus momenta inquirere studuerint Parisienses Medici, intelligitur ex quæstionibus à Decano

no & Delegatis Facultatis Medicæ Parisiensis ad Cel. ALEXAND. MONRO Sen. *Med. & Anat. Prof. in Universitate Edimburgensi* missis, quæ ita habent: 1. An insitio diu apud vos in usu fuit, & quo successu? 2. an eorum, quibus insitæ sunt variolæ, aliqui sunt mortui? 3. an eorum aliqui post insitionem naturalibus variolis, & quo tempore, fuerunt obnoxii? 4. an juxta cum variolis alii etiam morbi per insitionem fuerunt inducti & communicati? 5. an plures post insitionem morbis laborarunt, quorum origo huic operationi tribuenda videatur, & numquid id frequentius & rarius, quam per naturales variolas fieri solet, contigit? Responsum, quod tulerunt, adeo insitionis instituto non fuit fraudi, ut potius summa ipsius salubritas, neque id unius viri auctoritate, mirifice confirmaretur. Re enim cum omnibus in Regno Scotiæ Medicis communicata, collectisque ipforum testimoniis, ad singulas quæstiones faventissimas huic instituto responsiones dedit Cel. MONRO, singulari libro luci publicæ expositas, quibus ad 1. quæst. refertur: inde ab initio A. 1744. ad finem 1753. quo tempore insitio parum in usu fuerit, eorum qui Edinburgi sint mortui, decimam partem variolis absumptos fuisse; sequenti autem decennio usque ad finem A. 1763., magis jam vigente insitionis negotio, universum mortuorum numerum 1096. minorem, quam præcedente decennio, fuisse, eorum autem, qui ex variolis decesserint, 71. numero minus succubuisse. Ad 2. eamque præcipui momenti quæstionem catalogus exhibetur 5554. hominum, quibus in diversis Scotiæ partibus à multis numero cum Medicis tum Chirurgis variolæ fuerint insitæ, additurque, ex eorum omnium numero nonnisi 72., atque sic quidem vix ex 78. unum, diem obiisse. Præterea quoque propinquorum testimoniis probat, eos, qui post insitionem mortui sunt, hujus remedii non tam vitio quam abusu & sinistra applicatione decessisse. Quod ad 3. quæst. attinet, asserit MONRO, omnes quibuscum commercium hac de re literarium ipsi fuerit unanimi ore confirmare,



mare, se nunquam vidisse quenquam veris & genuinis vario-
lis correptum, qui illis ante jam vere seu casu seu arte com-
municatis defunctus fuerit. Ad 4. quæst. respondet, se nunquam
observasse, alios morbos per infectionem simul induci, quod
& reliqui ipsius amici observasse se negent. Ad 5. quæst. pro-
fert absque omni, ut videtur, partium studio eorum, ad quos
ea de re scripserat, judicia. Non negant infectionem non-
nunquam, jam leviores, jam graviores, morbos excepisse, sed,
quod ad alteram quæstionis partem attinet, consentire viden-
tur, pravos hos eventus nequaquam tam frequentes tamque
diversos esse, ac post naturales variolas ut plurimum esse
soleant. Addit MONRO, Decanum & Delegatos alloquens:
*Equidem persuasum habeatis velim, me tam secunda fortuna, vel
& forte tanta, nisi nimia, circumspectione usum fuisse, ut eorum,
qui me duce variolas inseri sibi curarunt, nullus neque durante
morbo graviore aliquo symptomate corripereetur, neque sinistrum
ex eo eventum sentiret, quod argumento vobis esse potest, eandem
meipsum cum cæteris fovere sententiam.* Atque hæc quidem, &
alia quam plurima, non potuerunt non infectionis causæ pror-
fus insignem gratiam & favorem conciliare, ita ut jam ab
æquis rerum æstimatoribus de ipsius præstantia & salubritate
haud amplius dubitetur, hocque institutum magno applausu
excipiatur, atque eo majori etiam studio promoveatur, quo
insigniora per Suttonianas & Dimsdalianas methodos ipsi ac-
cesserunt commoda, quæ Gentem etiam Augustissimam ad
opem ab hoc remedio petendam pellexerunt. Has ipsas autem
methodos curatius examinandas, & ad salutaris artis decem-
pedam expendendas sibi sumsit is, cujus gratia hæc hæcenus
diximus, novus Medicinæ Professor, quem munus clementis-
sime sibi demandatum solemniter jam auspiciaturum, more in-
ter nos recapto, scriptione hac in publicum producimus.



Est autem is *Vir Prænobilissimus Excell. atque Experientissimus*
DN. CAROLVS PHILIPPVS DIEZ,
Medicinæ Doctor, Aulæ nostræ Wirtemberg. Medicus, Illustr.
Stipendii Ducalis Theologici & Seminarii Bebenbusani, ut & Ci-
vitatis Tubingensis & Præfecturæ Bebenbusanæ Physicus Ord.
Medicinæ in hac Vniuersitate Professor Publ. Extraord. clemen-
tissime designatus, ipsamque hanc provinciam legitime jam adi-
turus; cujus vitam & fata veteri instituto paucis comme-
morabimus.

Natus est Denkendorffæ anno seculi hujus tricesimo nono,
die Octobris tertio; *Patrem* veneratur *Virum Nobiliss. & Ampliss.*
DN. GEORGIVM HENRICVM DIEZIVM, Serenissimo Duci
nostro a consiliis cameræ, *Matrem* vero, *Ornatiss. Feminam* Dn.
HENRICAM, e celebri ROMIGIANA stirpe progenitam.
Hisce satus Parentibus, ipsius educationi optimæ a teneris un-
guiculis vigilantia summa studentibus, prima pietatis & lite-
rarum elementa imbibit domi, doctissimo non minus ac pio
Præceptore M. BAVMANNO adiutus, anno autem quadra-
gesimo septimo seculi hujus translatus fuit in scholam Vracen-
sem, quam post triennium commutavit cum illustri Gymnasio
Stutgardiano, quo per integrum triennium fruebatur; ut vero
plenius Philosophiæ, Matheseosque doctrinis perfunderetur,
& saturaretur, adiit postea Clarissimum DN. M. FLATTICH,
Pastorem nunc Ecclesiæ Münchingensis dignissimum, ejus fi-
delissima, & solidissima manu ductione per biennium gavissus.
Anno vero MDCCLVI. in nostram se contulit Musarum se-
dem, industrius Auditor collegiorum, quæ ad rhombum ipsi
facere videbantur. Suum ita convertit in succum & sanguinem
collegia physica theoretica & experimentalia, quibus Exc. Dn.
Prof. KIES Naturæ arcana studiosis aperuit; in Medicis dein
pependit ex ore Exper. & Excell. Dn. D. SIGWARTI, a quo



per anatomica, physiologica, pathologica, practica, & chirurgica ductus est; B. D. D. MOEGLING audiuit, semiotica docentem, & methodum conscribendi formulas; e B. D. D. GMELINI *jun.* lectionibus & collegiis botanica hausit, chemica, & materiam medicam. Triennio Tubingæ consummato Argentoratum transiit, ibi per integrum annum summo cum fructu commoratus. Perrexit Lutetias Parisiorum, & prout Argentorati auide hausit e collegiis Exc. Dn. Prof. SPIELMANNI chemiam, materiam medicam, pathologiam, therapiam, & methodum concinnandi formulas, e demonstrationibus Exc. D. D. PFEFFINGERI anatomen practicam & chirurgicam, e consiliis celeberrimi WEIGENII artis obstetriciæ commoda & encheireses, e prælectionibus Dexterrimi LE RICHE operationes chirurgicas adornandi scite artem: ita eo anno, quo in ista clarissima & Anatomicorum & Chirurgorum, & Embryulcorum exercitatissimorum Metropoli vixit, summorum etiam Virorum fidelissima manuuctione optime frui studuit, in Anatome quidem ducem expertus Clarissimum Dn. PETIT, in Chirurgicis Dn. SABBATIER, & LOVIS, in arte obstetricia Dn. LEVRET; nec e manibus dimisit occasionem, quæ adeo capillatam frontem offerebat, ultra proficiendi e Nosocomiis publicis, & bibliothecis vastissimis splendidissimi hujus Athenæi. Labente tandem autumnio anni MDCCLXI. ad patrios reversus lares feliciter consueta iustituit academica examina, & mascule a.d.IX.Febr.A.MDCCLXII. sub Præsidio Exper. & Excell. Dn. D. SIGWARTI, publice defendit dissertationem inauguralem proprio Marte conscriptam: *de Aëre & Alimentis militum, præcipuis Hygiæ militaris momenti*; eodem die Doctoris Medicinæ axiomate à gratiosa Facultate Medica apud nos ornatus, ut muneri Medici castrensis apud Legiones Circulo Suevico militantes, ad quod vocatus erat, eo majori cum dignitate præesset.



Statim initio mensis Martii Anni ejusdem patrios lares officium aditurus reliquit quod Ipsum ad Exercitum Imperii in Comitatu Rutheniæ hujusque vicinia, Circulis sc. Altenburg. & Voigtlandico, hybernantem avocabat. Hoc munere per omnes reliqas belli vicissitudines atque calamitates incolumis per duodeviginti functus est menses. Restituta vero A. MDCCLXIII. pace, in patriam redux à Serenissimo & Potentissimo Duce ac Domino in numerum Auliatrorum Würtembergicorum clementissime receptus, per quadriennium Stuttgartiæ praxin coluit medicam. Interea temporis, & quidem sub finem mensis Novembris anni dicti, matrimonii lege sibi devinxit *Prænobiliss. Ornatissimamque Virginem*, Dn. MARIAM AVGVSTAM Viri quondam *Illustris Excellentiss. atque Experientissimi* Dn. JOHANNIS WENDELINI BÜLFFINGERI, *Archiatři Würtemberg. longe Celeberr. & Ornatissimæ Matronæ* Dn. CHRISTINAE ELISABETHAE, nata HOPFENSTOCKIAE, quam etiamnum superstitem veneratur, Filiam, ex qua filium & filiarum par sustulit.

Anno MDCCLXVII. Civitatis Tubingensis, ejusdemque ut & Bebenhusanæ Præfecturæ Physici ordinarii provinciam, post mortem præmaturam (quam adhucdum acerbissime lugere se profitetur) B. Dn. MAVCHARDI (cujus quoque successor in Circuli Suevici castris fuit) per civitatis electionem & Serenissimi Ducis confirmationem nactus est.

Quam gratiam Serenissimus ante aliquot tempus ita adau-
xit, ut ipsi Professoris Vniversitatis hujus Publici Extraordi-
narii atque illustris Stipendii Ducalis & Seminarii Bebenhusani
Medici ordinarii officium cum prioribus muneribus conjunctum
clementissime conferret. Dissertatio Ipsius Inauguralis hodie
Resp.



Resp. Dn. EBERHARDO GMELINO Med. Cand. Tubing.
habita egit : *de nova methodo inferendi Variolas anglicana*,
qua jam publice defensa munus Professoris Extraord. adgre-
dietur Oratione solemni: *de Arcanis Suttoni*.

Quam Panegyrim crastino die hora ante merid. IX. instituen-
dam, ut sua præsentia ornent, illustrioremque reddant, juxta
cum Amplissimo Vniversitatis Senatu & Professoribus, omnes
bonarum literarum fautores & amatores ea, qua par est,
observantia invitamus, Musarumque nostrarum Alumnos, ut
actui huic frequentes intersint, etiam atque etiam hortamur.

P. P. S. S. R. a. d. XXIV. Oct. A. c1b1cCCLXVIII.

TUBINGÆ,

TYPIS LVD. FRIEDR. FVESII.